

Johann Possel

Programma Quo Cives Academici ad auscultationem Orationis Graecae De Immensis Spiritus Sancti Beneficiis Benevole Invitantur

Rostochii: Pedanus, 1617

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737583266>


Druck Freier  Zugang



Programm
zu einer Verteidigung!

F. Posselius.

R. U. theol. 1617.



Programma
QVO CIVES ACADEMICI
ad auscultationem Orationis
Græcæ

DE IMMENSIS
SPIRITUS SANCTI
BENEFICIIS BENEVOLE
INVITANTUR,
PROPOSITUM

à
JOANNE POSSELIO,
GRÆCÆ LINGUÆ PROFESSORE.



ROSTOCHII

Typis Joachimi Pedani, Anno 1617.





Benevolo Lectori

S.



Non abs re Spiritus Sanctus
in libro Originum sacra-
rum vento bono & refo-
cillanti comparatur: Venti
enim proprium est, ut ter-
ram à Sole excoctam hu-
mifco Spiritu laxet, quò ab Agriculis ferro
verti, & frugifera reddi queat. Imò ut suavis
aura homines aestu solis, laboribusq; defatigatos
delectat & recreat: sic quoq; Spiritus Sanctus
defessas conscientias refocillat: In omni tribu-
latione & persecutione fidelis *παράστατος*, & *πα-*
ράστατος adest, & animis vires cruci perferen-
da pares sufficit, & ut ipsis venti secundi sint,
efficit. Ideò divinus ille Citharædus Psalmo 18.
confidenter ait: *Ἐν σὶ ῥυαθῆσομαι διὰ πειρασίων, καὶ ἐν*
τῷ ὄρει μὲν ὑπερβήσομαι τῶν ἐμῶν. Per te eripiar ex
tentat-

resentatione & preſſione, opeq; Dei mei tran-
ſcendam muros. Quemadmodum autem
Apoſtoli à Spiritu Sancto linguarum cog-
nitione donati ſunt, ὡς αὐτὸς λαλήσει τὰ μεγαλῆα τῆ
οἰα, ut eloquerentur magnificas Dei res, &
ſanctum Evangelium predicarent ac propaga-
rent: ita & nos qui Chriſtiani ſumus & eſſe
volumus, ad Spiritum Sanctum celebra-
ndum omnes conatus noſtros conferre, & cum
D. Auguſtino indefinenter orare decet: San-
ctum ſemper opus in me ſpira, ut cogitem:
compelle, ut faciam: ſuade, ut te diligam:
confirma me, ut te teneam: cuſtodi me, ne
te perdam. Hic Spiritus Sanctus Davidem
Opilionem, Regem & Pſalmiſtam. Daniele
juvenem, Judicem ſenum. Amos paſtorem ar-
mentarium, Prophetam. Petrum piſcatorem,
Principem Apoſtolorum. Paulum perſecuto-
rem, Doctorem Gentium. Matthæum deniq;
Publicanum, Evangeliſtam iſecit. Quare
quàm longiſſimè à ſana & verà ratione exor-
bitant hunc Sacro Sanctum Spiritum non qua-
rentes, ſed vita & moribus impudicis volunta-
riè & nefariè contriſtantes, abigentes, abne-
gantes,

gantes. Hic dat pignus Salutis, robur vitæ,
scientiæ lumen, aspera planat, corda purifi-
cat, difficile & angustum leve reddit. *No-*
minatur Spiritus Sanctus, quod non solum
ipse sit Sanctus, sed nos quoq; sanctos faciat. Et-
si enim nos liberavit Christus, insuper etiam
sanctificatione opus est: quod nemo cum Deo
habitare possit, qui non sanctus sit. Non ta-
men nos, dum in his terris militamus, perfectè
sanctos facit, ita ut nullum amplius in nobis
peccatum hareat, (nemo enim in hac vitâ tali
sanctitate preditus est) sed excitat in nobis ve-
ram in Christum fidem: quâ consolatur nos de
peccatis admissis: facitq; ut constanter in fidu-
ciâ ejus maneamus. Quin. Et à voluntate
peccandi nos abducit, quantum hac imbecilli-
tate humanâ conceditur. *ἐχ' ἔτω τὰς ἀμαρτανίας,*
ὡς τὰς μὲν πλὴν ἀμαρτίας μὴ συστλομύνας, ἀποσπίφουσαι ἡμῶν:
Non tam peccantes, quam illos, qui post pecca-
ta non contrahuntur animo, nec tristantur,
averfari solet. Hoc Doctore Et ductore
nulla in discendo mora est, nec quisquam
cum Iobo tam erit ager, cum Lazaro tam
pauper, cum Onesimo servo tam vilis, quo
minus

minus illius donorum & bonorum particeps
fieri queat. Hunc supremum vita, morum &
studiorum Rectorem & Præceptorem à tene-
ris unguiculis, pijs precibus, vigilijs, assiduisq;
laboribus sibi adungere elaboravit Ornatissi-
mus juvenis HENRICUS DAMIUS,
Reverendi & clarissimi Viri, Dn. M. FRI-
DERICI DAMII, Ecclesie Flensburgen-
sium & vicinarum in inclytâ Holsatiâ Pasto-
ris & Præpositi dignissimi, nostri olim in hac
Academia Rostochianâ ὁμογενεῖς καὶ συμμαχικῶς
conjunctissimi, nunc verò amici constantissimi
& integerrimi, Filius, Paternis vestigijs lau-
dabiliter inhaerens: Is quia ingrati animi cri-
men horret, De IMMENSIS SPIRI-
TUS SANCTI BENEFICIIS, in
ipsius honorem, amorem, favorem, Oratio-
nem Græcam conscripsit, cui de instituto pio
& in Linguâ Græcâ progressu felici gratulor,
& φιλέηνας hortor, animo, accendo, ut ipsius
exemplo quemadmodum benè & assiduè ha-
ctenus fecerunt, Græca Lingua studium exco-
lere pergant, sine quo nullus nullos artium
aut Philosophiæ partium terminos rectè intel-
ligere,

ligere, nemo ex fontibus Poësin aut Histo-
riam, nemo Medendi Artem, nemo Sacras Li-
teras, nemo Legum Romanarum tricas in fo-
ro & cathedrâ fideliter & feliciter vel docere,
vel expedire potest.

Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
Musa loqui, Flaccus ait:

— Vos Exemplaria Græca

Nocturnâ versate manu, versate diurnâ,
Qui non Græca simul junxit documenta
Latinis,

Hic verè docti nomen habere nequit.

Eleganter Menander Poëta *ἡλικιωτάτης*
ἀνὰ πλοῦς juvenilem, ἡ δὲ ἄλλος *ἀγαθὸν* & Theognis
ἡλικιωτῶν quoddam esse dixit, *ἀγαθὸν ὄναρ*.
In primis igitur opera danda est, ut Adolescen-
tes aureo illo flore at atis suæ rectè utantur, oc-
casiones commodissimas linguas discendi obla-
tas non negligant, ne aliquandò, sed nimis
serò & frustrâ exclamare cogantur.

O mihi præteritos reddat si nūc Deus annos!
Aut, ne Tibullianum illud, quod proh dolor
nimis crebrò fit, meritò in illos dici possit:

Vidi

Vidi jam juvenem, premeret cum senior
ætas,

Mœrentem stultos præterijſſe dies.


Disce ſacras linguas moneo *Germana* ju-
ventus,

Non cras, cras ſerū eſt diſcere, diſce hodiè.

*Hunc Veris amœnitas, illum æſtatis fervor,
alium autumnī pluviolum cœlum, alterum
hyemis rigor ab audiendis lectionibus avocāt.
Interim ætas perit, ſumptus, ſudores & labo-
res parentum inaniter conſumuntur, & tan-
dem cum pudore, dolore, rubore ad ſuos remea-
re coguntur. Sed ne diutiùs extra chorū ſaltem:
Spiritus Sanctum, fontem & datorem
omnium bonorum, ardentibus gemitibus invo-
co, ut nos regat, tegat, ſanctificet, amplificet,
glorificet, Eccleſiam, Academiam, Lingua-
rumq; ſtudia deinceps clementer conſervet,
nec ſinat hīc fieri barbaricam vaſtitatē, nec
graffari Diabolum, ſuis furoribus & errori-
bus totum Genus humanum in erroneam
viam ducere conantem. Magnificum Aca-
demie Rectorem, ceteroſq; Reverendos, Cla-
riſſi-*

rissimos & Consultissimos Viros, Dnos. Professores, Doctores, Ecclesia Ministros, Magistros, nobilissimam quoq; & studiosissimam juventem peramanter oro & invito, ut Gracè oraturo cras horâ Decimâ in Auditorio Magno exigui temporis audientiam non denegent, seq; tam utilia & pernecessaria exercitia magnifacere ostendant. P. P. Rostochj ad d. 6. Junij, Anno M. DC. XVII.





Vidi jam juvenem, premere
aetas,
Moerentem stultos praeter
Disce sacras linguas moneo
ventus,
Non cras, cras serū est discere
Hunc Veris amoenitas, illum æ
alium autumnū pluviosum cæli
hyemis rigor ab audiendis lectio
Interim aetas perit, sumptus, su
res parentum inaniter consumun
dem cum pudore, dolore, rubore
re coguntur. Sed ne diutius extra
Spiritus Sanctum, fontem
omnium bonorum, ardentibus ge
co, ut nos regat, tegat, sanctific
glorificet, Ecclesiam, Academ
rumq; studia deinceps clement
nec sinat hic fieri barbaricam va
grassari Diabolum, suis furorib
bus totum Genus humanum
viam ducere conantem. Magn
demia Rectorem, ceterosq; Reu

